



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm Homiliæ Decimæqvintæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

ter vocatur: *Vnus est enim Magister vester Christus.* Vos autem, meos eligo repeti oves, tubos ac canales per quos doctrinæ flumina, quæ ex me ut primo ac originali fonte scaturiunt, defluant: vos acque deus, qui verba mea ad aures hauriunt deferatis: attamen ego sum, qui ea visceribus animæ firmius infigo, vires ut pe-

netrent ad interiora cordium subministro, in quibus solus ego efficaciter, ac intus possum operari, ego qui hoc ago, ut in eis radicem fœdemque gratia capiat cœlestis, qua tandem, ea opitulante, ad gloriam transeat æternam. Amen.

SUMMARIUM

HOMILIE DECIMÆQVINTE SEQVENTIS.



D quatuor puncta reducitur hoc Evangelium. Primum: Argumentum à Christo discipulis suis propositum suæ passionis. Secundum: in quo Iacobus & Ioannes occasionem sumunt ex verbis Christi primas in regno eius sedes requirendi. Tertium: quo eis Dominus respondet. Quartum: in quo decem reliqui his duobus in lignantur, quos omnes Christus & sedat & docet. Quoad primum declaratur, quàm congruè Christus agens de morte sua, specialiter commemoret dolores à se perferendos, tam ob id quod in eis est considerandum, quàm quòd passione sua nostros illuminat oculos. *a. ad rectè cœli viam car-*

pendam. b. à qua aberrabant Iacobus & Ioannes. c. & ad amoris, quo feruebat, vim declarandam. d. Pariter exponitur, cur illi, Consummabuntur omnia, adiungat, de filio hominis. e. vsusque sit verbo impersonali Tradetur. f. ac qua ratione noui gratiam declararet testamenti, dicendo: Tertia die resurget. g. Circa secundum ostenditur, quomodo in sua matrisque petitione errauerint Apostoli, qua mediante eam Christo obtulerunt. h. In Tertio patet, quàm prudenter illis Christus responderit, reiciens illorum petitionem ut superbam ac minus sapientem. i. ac talis censetur, qui ambit prælaturas. k. cui proprium est auctoriter respondere Possimus. l. Quartum nobis proponit quàm bene Christus dixerit non ad se spectare talia in regno suo loca consignate nec rationem ceteri habuerint indignationis, sed nec nos scandali, licet aliquos in sanctis defectus esse percipiamus. m.

a §. 1. 2. 3
4. 5.
b §. 6. 7.
c §. 8. 9.
d §. 10. 11.
e §. 12.
f §. 13.
g §. 14.
h §. 15.
i §. 16.
j §. 17. 18.
k §. 19.
l §. 20. 21.
m §. 22.
23.
24.

§. 1. Vtilissima est de Christo consideratio, ut myrrha fasciculo, quem sponsa cœlestis inter vbera collocat.

§. 2. Est Christus lapis cœlatus à Deo, à seculi lapidicidii exsculptus, in quem oculi defigendi.

Hieron. Bapt. de Lanua Tom. II.

§. 3. Multiplices fuere corporis Christi pœna, quia multe fuerunt corporis peccati culpe.

§. 4. Cur Christus dixerit mortem suam multum profuturam, cum pro omnibus sit mortuus.

X

§. 5. In

- §. 5. In huius lapidis sculptura, quisque sua inueniet peccata designata.
- §. 6. Est Christi passio fel piscis Calionymus, qui cecos illumines oculos.
- §. 7. Viam, quae ducit Christum ad gloriam, insequi debemus: nec enim melior est Domino seruus.
- §. 8. In viam Iacobum & Ioannem reducit per calicem suum, hac quippe est semita nubium.
- §. 9. Multo valet gloria, multo est labore comparanda, illo sancti delectantur.
- §. 10. Tam festino gradu procedit Christus, ut mirentur, & timeant Apostoli.
- §. 11. Consummabuntur omnia. Paucis horis compleuit ea Saluator, quae quinque mille annis erant delineata, illum namque amor excitabat.
- §. 12. Cunctas sua passione Christus prophetias viuificauit, & miscuit quasi fermentum; fides nostra maxime conueniens.
- §. 13. Christus electrum, in ignem conuersus ambulabat inter animalia, compleuit uaticinia prophetarum.
- §. 14. De Filio hominis. Quae de se scripta erant, Christus impleuit, superest, ut tu, quae te tangunt, impleas sicut Eliscus.
- §. 15. Tradetur. Non signat Christus, qui eum sit traditurus, ob rationes notatu dignissimas.
- §. 16. Ostendit nobis Christum in laboribus noui gratiam testamenti, qui cum praemis debent considerari.
- §. 17. Tunc accessit. Errant hi duo fratres quoad tempus, sicut Baruch, in eo quoque quod unam tantum partem attenderint propositionis, tu uero totam assume.
- §. 18. Accessit mater. Sui parentes obliuiscantur filiorum causa, quod Salomon exorabatur.
- §. 19. Nescitis &c. Superbia uitium stultum, homini alienum, ut ala campanis, Deo execrabile.
- §. 20. Nescitis. Stultitia imputatur, onera petere, ad sedendum, ut ipsa regalia exprimit corona, & propinqua Elimelech.
- §. 21. Praelatura magnam onus, meritis fugiendum, ob ea multa ad quae obligat, quae mitra, ac Diui Gregorij dolor significat.
- §. 22. Possumus. Dignitatis amore tument qui respondent Postumus: mendaces filij hominum in stateris; similes elephanti.
- §. 23. Non est meum. Christo non conuenit sedes suas dare superbi, in alios mutentur viros, ut dixit Salsus Samuel.
- §. 24. Indignati sunt. Non hoc te scandalizet, minimos in Dei seruis notare defectus, nullus enim ab his liber uiuit.